GREGORIUS DE SCLAVONIA. LEGENDAE SANCTORUM. MELLICENSIA. CALENDARIUM
Melk, 1460 und um 1460 Seite 80v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift



vir dei hic seminare voluit induratis cordibus paganorum
et obsequium salutis. quod illorum cecitas repulit. quinque for
tassis hoc eodem excolente dabit fru
ctum suum in populis christianorum Per procurationem ergo
et ordinationem predicti episcopi pilgrimi et auxilio mar
chicomitis vir dei wolfgangus licet multum recusa
ret ad preceptum imperatoris ottonis secundi in episcopum
Ratisponensis ecclesie ab universis eligitur. et a fri
derico archiepiscopo illiusque suffraganeo in sacerdotem
ibidem appostolicum consecratur Suscepto itaque
pontificatus honore. nec vitam nec habitum monacha
lem mutabat. sed quam intus habuit humilitatem
foris per bona opera ostendebat. memor sentencie que di
cit. principem te constituerunt noli extolli. sed esto in
illis quasi unus ex illis Videns vero wolfgan
gus in ciuitate Ratispona monastice vite ir religi
ositatem suspirans ait Si monachos haberemus
reliqua satis suppeterent Cui cum quidam ex fami
liaribus suis dicerent per multa loca monachos sup
habundare. ille lacrimis perfusus respondit O quam defecit
sanctus. o quam diminute sunt veritates a filiis homi
num Quid prodest sanctitatis habitum sine operibus ge
stare. Regulares monachi sanctis angelis equi
parantur. seculares vero monachi apostaticis Hoc
autem idcirco vir domini dicebat. quia monachi sancti eme
ranimi martyris carebant abbate et quasi oues er
rabant sine pastore. et alias dissolutissime viue

in monasterio